

**Elegia hodoeporica, quâ  
reverendissimi in Christo  
patris ac. Domini dn.  
Joh...**

Risberg, Severin,

*1 Ic 1689 Gezelius, Johannes*



National Library  
of Sweden

81.  
25  
ELEGIA HODOEPORICA,

Quâ

REVERENDISSIMI in CHRISTO  
PATRIS ac. DOMINI

Dn. JOHANNIS  
GEZELII,

S. S. Theol. DOCTORIS famigeratissimi,  
Diœcesios Aboënsis PRÆSULIS longè Eminentissimi,  
Reg. Acad. PRO-CANCELLARII magnificentissimi,  
& Consist. Eccl. PRÆSIDIS longè gravissimi,

Cum

ITERATO

VISITATIONEM PER PARTEM ORBIS SUI  
SUSCEPTURUS

Aboa migraret,

Nomine publico

Abitum luget,

Vota pro incolumitate tanti in Ecclesia HEROIS


Subnectens

Calenri crenâ

M. SEVERINUS RIJSEBENS.

1689

1689



Unc *Reverende Pater* mea me præſagia fal-  
lunt ,  
Nunc mihi verba dedi , vanus & augur  
eram ;  
Nullum tenoiſtris tempus complexibus ul-  
trà  
Rapturum , verſus cum fonuere mihi.  
*Abriperis Reverende Patens* , & brachia laxas ,  
Nexa quibus nobis colla fuere tua .  
Deſeris heu ! orbam ruruſus *Pater* optime prolem ,  
Palantem *Pæſtor* deſeris alme gregem .  
Scilicet hinc cupidum rapiet Te cætera *Praeful*  
Pars ovium , cordis portio magna tui ,  
Te zelus rapiet veſtri loca diſſita & orbis  
Viſere , Te cœtus & pia cura trahet .  
Non tua Penelope , Nymphas quæ ſola tot inter  
Eſt te cœleſti digna reperta Viro :  
Non dilecta tibi ſoboles , dulcesque Penates ,  
Non agnata poteſt te retinere Domus .  
Ultima quin lugens quamvis Eccleſia tentet ,  
Miſceat hæc lacrimas cum precibusque pias ;  
Et modo ſe viduam queritur , modò clamat eſſe  
Se tibi neglectam : certus eſ ire tamen .  
*I Pater* ergo bonis avibus ; mea vota ſequentur ,  
Ac pro teſuperis cernua thura dabo .

I, simul & teneras tibi quas Tavaestia pascit  
Agnas Hyblaë melle revise *Pater*.  
*I Reverende Pater*, fors blanda sequetur euntem!  
Mitia te cœli fata sequentur item!  
Numine præsentî tibi sit via tuta, nec astrum  
Hibernum noceat, nec Tibi bruma fera!  
Per niveos audax montes perque horrida telus  
Curre *Pater*, cedant tesqua nivesque Tibi!  
Tu niveum cernens pectus, mentisque nitorem,  
*Præsulis* ipsa tuas *Cynthia* pelle nives.  
Quin *Pater* ipsa tibi, quò migras, frigora cedant,  
Aspectu fiat mitis & *Ursa* tuo!  
Quò vertis cursum fugiat nimboſa procella,  
Et flata spiret mollior aura levi!  
*Idæ* vel campis qualis, vel qualis *Hymetti*,  
Qualis *Theſſaliciſ* ludere ſvevit agris.  
Te circum cœli diſcuſſâ nube ſerena  
Sit facies, ullus nec locus eſto *Notis*!  
Exulet ipſe furens toto ſed *Caurus* *Olympo*,  
*Africus* inſano cumque *Aquilone* procax!  
*Æoliûm* *Zephyrus* fratrum placidiſſimus unus  
Mittat ab *Heſperiis* lenia ſtabra plagis!  
Non *Balius* velox, illi *Xanthusque* jugalis  
Te veſtent, celeres nec *Phaëtontis* equi.  
Nec bijuges *Martis*, nec vincens *Cyllarus* auras,  
Quondam qui traxit *Caſtoris* ipſe rotas.  
Serviat *Alme Pater* tibi nec volo *Pegasus* acer,  
Quò monſtrum horrendum victa *Meduſa* fuit.  
Sed genii ſacri, volucres *Cœlique* *Quirites*  
Ipſi agitent rhedam per ſalebroſa tuam!  
*Aligeri* *Proceres*, totus feliciſ *Olympi*  
Te *populus Præsul* ſtipet utrumque latus!

Tam.

1689

Tamque poli carum comiretur pignus, ut ullum  
Non tibi funestum, non tibi triste detur!  
Præsidio felix cœlesti sic *Pater* alme,  
Tunc vectaris, erit nec tua lenta via.  
Ast aderis nobis citius *Pater* optime rursus,  
Nos gaudere tuo rursus & ore dabis,  
Ipse cave sed care *Pater*, ne tempore posthac  
Ullo nos linquas, care caveto *Pater*.

